



  
Chrétiens d'Orient

SAMEDI 9 AVRIL 2022  
MESSE DE 11H30

CELEBREE EN RIT DOMINICAIN



**SAMEDI  
APRES LE DIMANCHE  
DE LA PASSION**

**STATION A SAINT-JEAN-DEVANT-LA-PORTE-LATINE**



**LA SAINTE MESSE EN RIT DOMINICAIN**

Merci de vérifier que votre téléphone portable est bien éteint.  
N'HESITEZ PAS A EMPORTER CE FEUILLET : IL EST FAIT AUSSI POUR ETRE RELU A LA MAISON.



## OFFICE

V<sup>EME</sup> TON – PSAUME XXX, 10, 16, 18 & 2

**M**ISERERE mihi, Dómine, quóniam tríbulator : libera me, et éripe me de mánibus inimicórum meórum et a persecúntibus me : Dómine, non confúndar, quóniam invocávi te.

✠. In te, Dómine, sperávi, non confúndar in ætérnum : in justítia tua líbera me.

**A**YEZ pitié de moi, Seigneur, car je suis très affligé, délivrez-moi et arrachez-moi de la main de mes ennemis et de mes persécuteurs. Seigneur, que je ne sois pas confondu, car je vous ai invoqué.

✠. J'ai espéré en vous, Seigneur, que je ne sois jamais confondu ; dans votre justice, délivrez-moi.

## KYRIE - RIT DOMINICAIN VIII



ý-ri- e, eléi-son. *ijj.* Christe, eléi-son. *ijj.* Kýri- e, eléi-son. *ij.*



Kýri- e, e- léison.

*Seigneur, aie pitié. (ter)*

*Christ, aie pitié. (ter)*

*Seigneur, aie pitié. (ter)*



## ORAISON



ómi-nus vo-bíscum. *R.* Et cum spí-ri-tu tu-o. Amen.

*Le Seigneur soit avec vous. R. Et avec votre esprit.*

**O**rémus.

**P**ROFICIAT, quæsumus, Dómine, plebs tibi dicáta piæ devotiónis afféctu : ut sacris actiόνibus erudíta, quanto majestáti tuæ fit grátior, tanto donis potióribus augeátur. Per Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte ejúsdem Spíritus Sancti Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

*R.* Amen.

## LECTIO JEREMIÆ PROPHETÆ

JEREMIE XVIII, 18-23

**I**N diébus illis : Dixérunt ímpii Judæi ad ínvicem : Veníte, et cogitémus contra justum cogitatiónes : non enim peribit lex a sacerdoté, neque consílium a sapiénte, nec sermo a prophéta : veníte, et percutiámus eum lingua, et non attendámus ad univérso sermónes ejus.

Atténde, Dómine, ad me, et audi vocem adversariórum meórum. Numquid rédditur pro bono malum, quia fodérunt fóveam ánimæ meæ ? Recordáre, quod stéterim in conspéctu tuo, ut lóquerer pro eis bonum, et avérterem indignatiónem tuam ab eis. Prop-térea da filios eórum in famem, et deduc eos in manus gládii : fiant uxóres eórum absque líberis, et víduæ : et viri eárum interficiántur morte : júvenes eórum confodiántur gládio in prælio.

Audiátur clamor de dómibus eórum : addúces enim super eos latrónem repénte : quia fodérunt foveam, ut cáperent me, et láqueos abscondérunt pèdibus meis. Tu autem, Dómine, scis omne consílium eórum advérsum me in mortem : ne propitiéris iniquitáti eórum, et peccátum eórum a fácie tua non deleátur. Fiant corruéntes in conspéctu tuo, in témpore furóris tui ab útere eis, Dómine, Deus noster.

**P**rions.

**F**AITES, nous vous en prions. Seigneur, que le peuple qui vous est consacré, progresse dans la ferveur d'une pieuse dévotion, en sorte que, trouvant une instruction dans les actions saintes, il soit d'autant plus enrichi de vos dons les meilleurs, qu'il se rendra plus agréable à votre majesté. Par Notre Seigneur Jésus Christ votre Fils, qui avec vous vit & règne en l'unité de ce même Saint Esprit, Dieu pour tous les siècles des siècles.

**E**N ces jours-là, les Juifs impies se dirent entre eux : Venez, et formons des desseins contre le juste ; car la loi ne périra pas faute de prêtre, ni le conseil faute de sage, ni la parole faute de prophète ; venez, frappons-le avec la langue, et ne prenons pas garde à tous ses discours. Jetez les yeux sur moi, Seigneur, et écoutez la voix de mes adversaires. Est-ce qu'on rend le mal pour le bien, puisqu'ils creusent une fosse pour m'ôter la vie ? Souvenez-vous que je me suis tenu devant vous, pour vous parler en leur faveur, et pour détourner d'eux votre indignation. C'est pourquoi livrez leurs enfants à la famine, et faites-les passer au fil de l'épée ; que leurs femmes perdent leurs enfants et deviennent veuves, et que leurs maris soient mis à mort ; que leurs jeunes gens soient percés par le glaive dans le combat ; qu'on entende des cris sortir de leurs maisons ; car vous ferez fondre soudain sur eux le brigand, parce qu'ils ont creusé une fosse pour me prendre, et qu'ils ont caché des filets sous mes pieds. Mais vous, Seigneur, vous connaissez tous leurs desseins de mort contre moi ; ne leur pardonnez pas leur iniquité, et que leur péché ne s'efface pas de devant vous ; qu'ils tombent en votre présence ; au temps de votre fureur traitez-les sévèrement,

ô Seigneur notre Dieu.

REPONS

V<sup>EME</sup> TON – PSAUME XXXIV, 20 & 22

PACIFICE loquebántur mihi inimíci mei : et in ira molésti erant mihi.

℣. Vidísti, Dómine, ne síleas : ne discédas a me.


*Mes ennemis, en m'adressant des paroles de paix, dans leur colère, méditaient de perfides desseins. ℣. Vous l'avez vu, Seigneur, ne vous éloignez pas de moi.*

SEQUENTIA SANCTI EVANGELII SECUNDVM JOANNEM

JEAN XII, 10-36



ómi-nus vo-bíscum. ℞. Et cum spí-ri-tu tu-o. Sequénti-a



sancti Evangé-li-i se-cúndum Io-ánnem. ℞. Gló-ri-a ti-bi Dómi-ne.

*Le Seigneur soit avec vous. ℞. Et avec ton esprit.*

*Suite du saint Evangile selon Jean. ℞. Gloire à vous, Seigneur.*

In illo témpore : Cogitavérunt príncipes sacerdotum, ut et Lázarus interficerent : quia multi propter illum abibant ex Judæis, et credébant in Jesum. In crastinum autem turba multa, quæ vénerat ad diem festum, cum audissent, quia venit Jesus Jerosólymam, acceperunt ramos palmárum, et processérunt óbviám ei, et clamábant : Hosánna, benedíctus, qui venit in nómine Dómini, Rex Israel. Et invénit Jesus aséllum, et sedit super eum, sicut scriptum est : Noli timére, filia Sion : ecce, Rex tuus venit sedens super pullum ásinæ. Hæc non cognovérunt discípuli ejus primum : sed quando glorificátus est Jesus, tunc recordáti sunt, quia hæc erant scripta de eo : et hæc fecérunt ei. Testimónium ergo perhibébat turba, quæ erat cum eo, quando Lázarus vocávit de monuménto, et suscitávit eum a mórtuis. Proptérea et óbviám venit ei turba : quia audiérunt eum fecísse hoc signum. Pharisæi ergo dixerunt ad semetípsos : Vidétis, quia nihil proficimus ? Ecce, mundus totus post eum ábiit. Erant autem quidam gentiles ex his, qui ascénderant, ut adorárent in die festo. Hi ergo accessérunt ad Philip-pum, qui erat a Bethsáida Galilææ : et rogábant eum, dicéntes : Dómine, vólumus

*EN ce temps-là, les princes des prêtres pensèrent à faire mourir aussi Lazare, parce que beaucoup d'entre les Juifs se retiraient d'eux à cause de lui, et croyaient en Jésus. Le lendemain, une foule nombreuse, qui était venue pour la fête, ayant appris que Jésus venait à Jérusalem, prit des branches de palmier, et alla au-devant de lui, en criant : Hosanna ! Béni soit celui qui vient au nom du Seigneur, le roi d'Israël ! Jésus trouva un ânon, et s'assit dessus, ainsi qu'il est écrit : Ne crains point, fille de Sion ; voici ton roi, qui vient assis sur le petit d'une ânesse. Les disciples ne comprirent pas d'abord ces choses ; mais, après que Jésus eut été glorifié, ils se souvinrent alors qu'elles avaient été écrites à son sujet, et qu'ils les lui avaient faites. La foule qui était avec lui lorsqu'il avait appelé Lazare du tombeau, et l'avait ressuscité d'entre les morts, lui rendait témoignage. C'est pour cela aussi que la foule vint au-devant de lui, parce qu'ils avaient appris qu'il avait fait ce miracle. Les pharisiens dirent donc entre eux : Voyez-vous que nous ne gagnons rien ? voilà que tout le monde va après lui. Or il y avait là quelques Gentils, de ceux qui étaient montés pour adorer au jour de la fête. Ils s'approchèrent de Philippe, qui était de Bethsaïde en Galilée ; et ils le priaient, en di-*

Jesum videre. Venit Philippus, et dicit Andréæ : Andréas rursum et Philippus dixerunt Jesu. Jesus autem respondit eis, dicens : Venit hora, ut clarificetur Filius hominis. Amen, amen, dico vobis, nisi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit, ipsum solum manet : si autem mortuum fuerit, multum fructum affert. Qui amat animam suam, perdet eam : et qui odit animam suam in hoc mundo, in vitam æternam custodit eam. Si quis mihi ministrat, me sequatur : et ubi sum ego, illic et minister meus erit. Si quis mihi ministraverit, honorificabit eum Pater meus. Nunc anima mea turbata est. Et quid dicam ? Pater, salvifica me ex hac hora. Sed propterea veni in horam hanc. Pater, clarifica nomen tuum. Venit ergo vox de cælo : Et clarificavi, et iterum clarificabo. Turba ergo, quæ stabat et audierat, dicebat tonitruum esse factum. Alii dicebant : Angelus ei locutus est. Respondit Jesus et dixit : Non propter me hæc vox venit, sed propter vos. Nunc iudicium est mundi, nunc princeps hujus mundi ejicietur foras. Et ego si exaltatus fuero a terra, omnia traham ad meipsum. (Hoc autem dicebat, significans, qua morte esset moriturus.) Respondit ei turba : Nos audivimus ex lege, quia Christus manet in æternum, et quomodo tu dicis : Oportet exaltari Filium hominis ? Quis est iste Filius hominis ? Dixit ergo eis Jesus : Adhuc modicum lumen in vobis est. Ambulate, dum lucem habetis, ut non vos tenebræ comprehendant : et qui ambulat in tenebris, nescit, quo vadat. Dum lucem habetis, credite in lucem : ut filii lucis sitis. Hæc locutus est Jesus : et abiit, et abscondit se ab eis.

*sant : Seigneur, nous voulons voir Jésus. Philippe vint, et le dit à André : puis André et Philippe le dirent à Jésus. Jésus leur répondit : L'heure est venue où le Fils de l'homme doit être glorifié. En vérité, en vérité, je vous le dis, si le grain de froment qui tombe en terre ne meurt pas, il demeure seul ; mais, s'il meurt, il porte beaucoup de fruit. Celui qui aime sa vie, la perdra ; et celui qui hait sa vie dans ce monde, la conserve pour la vie éternelle. Si quelqu'un me sert, qu'il me suive ; et là où je suis, mon serviteur sera aussi. Si quelqu'un me sert, mon Père l'honorera. Maintenant, mon âme est troublée. Et que dirai-je ? Père, délivrez-moi de cette heure. Mais c'est pour cela que je suis arrivé à cette heure. Père, glorifiez votre nom. Alors vint une voix du ciel : Je l'ai glorifié, et je le glorifierai encore. La foule, qui était présente, et qui avait entendu, disait que c'était un coup de tonnerre. D'autres disaient : C'est un ange qui lui a parlé. Jésus répondit, et dit : Ce n'est pas pour moi que cette voix est venue, mais pour vous. C'est maintenant le jugement du monde ; c'est maintenant que le prince de ce monde va être jeté dehors. Et moi, quand j'aurai été élevé de terre, j'attirerai tout à moi. Il disait cela, pour marquer de quelle mort il devait mourir. La foule lui répondit : Nous avons appris de la loi que le Christ demeure éternellement ; comment donc dites-vous : Il faut que le Fils de l'homme soit élevé ? Quel est ce Fils de l'homme ? Jésus leur dit : La lumière est encore pour un temps parmi vous. Marchez pendant que vous avez la lumière, de peur que les ténèbres ne vous surprennent. Celui qui marche dans les ténèbres ne sait où il va. Pendant que vous avez la lumière, croyez en la lumière, afin que vous soyez des enfants de lumière. Jésus dit ces choses, puis il s'en alla, et se cacha d'eux.*

## OFFERTOIRE



ómi-nus vo-bíscum. *R.* Et cum spí-ri-tu tu-o.

*Le Seigneur soit avec vous. R. Et avec votre esprit.*

*R.* Orémus.

*Prions.*

Offertoire

VIII<sup>ème</sup> ton – Psaume CXVIII, 112, 121 & 42

**B**ENEDICTVS es, Dómine, doce me justificatiónes tuas : et non tradas calumniántibus me supérbis : et respondébo exprobrántibus mihi verbum.

### SECRETE

**A** cunctis nos, quæsumus, Dómine, reátibus et periculis propitiátus absólve : quos tanti mystérii tríbuis esse consórtes. Per Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum, qui tecum vivit & regnat in unitáte Spíritus Sancti Deus, ...

*VOUS êtes béni, Seigneur : enseignez-moi vos commandements ; ne me livrez pas aux superbes qui me calomnient : et je pourrai répondre à ceux qui m'insultent.*

*NOUS vous en supplions, Seigneur, soyez-nous propice : préservez de toute culpabilité et de tout péril ceux que vous faites participer à un si grand mystère. Par notre Seigneur Jésus-Christ, votre Fils, qui avec vous vit & règne en l'unité du Saint Esprit, Dieu*

...


### PREFACE DE LA PASSION & DE LA CROIX – TON FERIAI



er ómni- a s-cu-la sæcu-ló-rum. **R.** Amen. Dómi-nus



vo-bíscum. **R.** Et cum spí-ri-tu tu-o. Sursum corda. **R.** Ha-bémus



ad Dómi-num. Grá-ti-as agámus Dómi-no De-o nostro.



**R.** Dignum et justum est.

*R.* ... pour tous les siècles des siècles.

*R.* Le Seigneur soit avec vous.

*R.* Élevons nos cœurs.

*R.* Rendons grâce au Seigneur notre Dieu.

VERE dignum et justum est, æquum et salutáre nos tibi semper et ubique grátias ágere, Dómine sancte, Pater omnípotens, ætérne Deus.

Qui salútem humáni géneris in ligno Crucis constituísti : ut unde mors oriebátur, inde vita resúrgeret : et qui in ligno vincébat, in ligno quoque vincerétur : per Christum

**R.** Amen.

**R.** Et avec ton esprit.

**R.** Nous les avons vers le Seigneur.

**R.** Cela est digne et juste.

*Vraiment il est digne et juste, c'est notre devoir et c'est notre salut, de vous rendre grâces, toujours et en tout lieu, à vous, Seigneur saint, Père tout-puissant, Dieu éternel,*

*Qui a placé le salut du genre humain sur le bois de la Croix, afin que la vie nous fût rendue par là même d'où nous était venue la mort, et que celui qui avait vaincu sur le*

Dóminum nostrum.


Per quem majestátem tuam laudant Angeli,  
adórant Dominatiónes, tremunt Potestátes.  
Cæli, cælorúmque Virtútes, ac beáta Séra-  
phim, sócia exsultatióne concélebrant. Cum  
quibus et nostras voces, ut admítteri júbeas,  
deprecámur, súpplíci confessiόne dicétes :

*bois, fût, sur le bois, vaincu à son tour, par le  
Christ notre Seigneur.*


*C'est par lui que les Anges louent votre ma-  
jesté, les dominations vous adorent, les Puis-  
sances vous révèrent en tremblant. Les Cieux  
& les Puissances des Cieux, avec les bien-  
heureux Séraphins, vous célèbrent dans une  
commune jubilation. Daignez permettre que,  
dans une profonde louange, nous unissions  
nos voix aux leurs pour chanter :*

### SANCTVS - RIT DOMINICAIN VIII


*XIII. s.*



anctus, Sanctus, Sanctus Dómi-nus De-us Sába-oth.



Ple-ni sunt cæli et terra glóri-a tu-a, Ho-sánna in excélsis.



Bene-díctus, qui ve-nit in nómi-ne Dómi-ni, Ho-sánna in excél-sis.

*Saint, Saint, Saint, le Seigneur, Dieu des Armées. Les cieux et la terre sont pleins de ta gloire. Ho-  
sanna dans les hauteurs ! Béni soit celui qui vient au nom du Seigneur. Hosanna dans les hauteurs !*



### AL'ELEVATION

Sur le ton de Vexilla Regis prodeunt, hymne de la Passion, à vêpres

○ Salutáris Hóstia,  
Quæ cæli pandis óstium :  
Bella premunt hostília ;  
Da robur, fer auxiliúm.

○ vere digna Hostia,  
Spes única fidélium :

Ô victime salutaire,  
Qui nous ouvrez la porte du ciel,  
L'ennemi nous livre la guerre,  
Donnez-nous force, portez-nous secours.

Ô vraiment digne Hostie  
Unique espoir des fidèles,

In te confidit Fránzia ;  
Da pacem, serva lílium.

**U**ni trinóque Dómino  
Sit sempitérna glória :  
Qui vitam sine término  
Nobis donet in pátria. Amen.


*En vous se confie la France,  
Donnez-lui la paix, conservez le lys.*

*Au Seigneur un et trine  
Soit la gloire sempiternelle ;  
Qu'il nous donne dans la patrie  
La vie qui n'aura point de terme. Amen.*

## A L'Oraison Dominicale

**P**ATER NOSTER, qui es in cælis : sanctificetur nomen tuum ; advéniait regnum tuum ; fiat volúntas tua, sicut in cælo, et in terra. Panem nostrum quotidianum da nobis hódie ; et dimítte nobis débíta nostra, sicut et nos dimíttimus debitoribus nostris ; et ne nos indúcas in tentatiónem.

*Notre Père qui êtes aux cieus, que votre nom soit sanctifié, que votre règne arrive, que votre volonté soit faite sur la terre comme au ciel. Donnez-nous aujourd'hui notre pain de chaque jour ; pardonnez-nous nos offenses comme nous pardonnons à ceux qui nous ont offensés, et ne nous laissez pas succomber à la tentation.*



t ne nos indú-cas in tenta-ti-ó-nem. **R.** Sed lí-be-ra



nos a ma-lo.

*Et ne nous laissez pas succomber à la tentation.*

**R.** *Mais délivrez-nous du mal.*

## AU BAISER DE PAIX



ax Dómi-ni sit semper vo-bíscum. **R.** Et cum spí-ri-tu



tu-o.

**R.** *Le Seigneur soit avec vous.*

**R.** *Et avec ton esprit.*

## AGNVS DEI - RIT DOMINICAIN VIII



-gnus De-i, qui tollis peccáta mundi, mi-se-rére no-



bis. *ij.* Agnus De-i, qui tollis peccáta mundi, dona no-bis pa-cem.

*Agneau de Dieu, qui ôtes les péchés du monde : aie pitié de nous.*

*Agneau de Dieu, qui ôtes les péchés du monde : aie pitié de nous.*

*Agneau de Dieu, qui ôtes les péchés du monde : donne-nous la paix.*

### PREPARATION A LA COMMUNION

Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccáta mundi.

*Voici l'Agneau de Dieu, voici celui qui ôte les péchés du monde.*

*R.* Dómine, non sum dignus ut intres sub tectum meum, sed tantum dic verbo & sanábitur ánima mea. (*ter*)

*R.* Seigneur, je ne suis pas digne que tu entres sous mon toit, mais dis seulement une parole & mon âme sera guérie.

### PENDANT LA COMMUNION

Stabat Mater pour des religieuses (H. 15) de Marc-Antoine Charpentier (1643 † 1704), maître de la Sainte Chapelle – complainte de la Très Sainte Vierge au pied de la Croix du Sauveur – texte de Jacques de Todi († 1306)

Stabat Mater dolorósa  
Juxta crucem lacrimósa  
Dum pendébat Fílius.

*Debout la Mère douloureuse  
Près de la Croix était en larmes  
Devant son Fils suspendu.*

Cujus ánimam geméntem  
Contristátam et doléntem  
Pertransívit gladius.

*Dans son âme qui gémissait,  
Toute brisée, endolorie,  
Le glaive était enfoncé.*

O quam tristis et afflícta,  
Fuit illa benedícta  
Mater Unigéniti.

*Qu'elle était triste et affligée,  
La Mère entre toutes bénie,  
La Mère du Fils unique !*

Quæ mœrébat et dolébat  
Et tremébat dum vidébat  
Nati pœnas inclyti.

*Qu'elle avait mal, qu'elle souffrait,  
Qu'elle tremblait en contemplant  
Son divin Fils tourmenté.*

Quis est homo qui non fletet,  
Matrem Christi si vidéret  
In tanto supplicio ?

*Quel est celui qui sans pleurer  
Pourrait voir la Mère du Christ  
Dans un supplice pareil ?*

Quis posset non contristári,  
Piam Matrem contemplári  
Doléntem cum Fílio ?

*Qui pourrait sans souffrir comme elle  
Contempler la Mère du Christ  
Douloureuse avec son Fils ?*

Pro peccátis suæ gentis,  
Vidit Jesum in tormentis,  
Et flagéllis súbditum.

*Pour les péchés de tout son peuple  
Elle le vit dans ses tourments,  
Subissant les coups de fouet.*

Vidit suum dulcem Natum  
Moriendo desolatum  
Dum emisit spiritum.

Eia, Mater, fons amóris,  
Me sentíre vim dolóris,  
Fac ut tecum lúgeam.

Fac ut árdeat cor meum  
In amándo Christum Deum  
Ut sibi compláceam.

Sancta Mater, istud agas  
Crucifixi fige plagas  
Cordi meo válide.

Tui Nati vulneráti,  
Tam dignáti pro me pati,  
Pœnas mecum dívide.

Fac, me tecum, pie flere,  
Crucifíxo condolére,  
Donec ego víxero.

Juxta crucem tecum stare  
Et me tibi sociáre,  
In planctu desídero.

Virgo virgínium præclára,  
Mihi jam non sis amára,  
Fac me tecum plángere.

Fac ut portem Christi mortem,  
Passiónis fac consórtem,  
Et plagas recólere.

Fac me plagis vulnerári  
Cruce hac inebriári,  
Ob amórem Fílii.

Inflammátus et accénsus ;  
Per te, virgo, sim defénsus,  
In die judícii.

Fac me cruce custodíri,  
Morte Christi præmuníri,  
Confóveri grátia.

Quando corpus moriétur  
Fac ut ánimæ donétur  
Paradísi glória. Amen.

*Elle vit son enfant très cher  
Mourir dans la désolation  
Alors qu'il rendait l'esprit.*

*Daigne, ô Mère, source d'amour,  
Me faire éprouver tes souffrances  
Pour que je pleure avec toi.*

*Fais qu'en mon cœur brûle un grand feu  
Pour mieux aimer le Christ mon Dieu  
Et que je puisse lui plaire.*

*O Sainte Mère, daigne donc  
Graver les plaies du Crucifié  
Profondément dans mon cœur.*

*Ton enfant n'était que blessures,  
Lui qui daigna souffrir pour moi ;  
Donne-moi part à ses peines.*

*Qu'en bon fils je pleure avec toi,  
Qu'avec le Christ en croix je souffre,  
Chacun des jours de ma vie.*

*Etre avec toi près de la Croix  
Et ne faire qu'un avec toi,  
C'est le vœu de ma douleur.*

*Vierge bénie entre les vierges,  
Pour moi ne sois pas trop sévère  
Fais que je souffre avec toi.*

*Que je porte la mort du Christ,  
Qu'à sa Passion je sois uni,  
Que je médite ses plaies.*

*Que de ses plaies je sois blessé,  
Que je m'enivre de la Croix  
Pour l'amour de ton Enfant.*

*Pour ne pas brûler dans les flammes,  
Assiste-moi, Vierge Marie,  
Au grand jour du jugement.*

*Christ, quand je partirai d'ici,  
Fais que j'obtienne par ta Croix  
La palme de la victoire.*


*Au moment où mon corps mourra  
Fais qu'à mon âme soit donnée  
La gloire du Paradis. Ainsi soit-il.*

## COMMUNION

VII<sup>EME</sup> TON – PSAUME XXVI, 12

**NE** tradideris me, Dómine, in ánimas perse-  
quéntium me : quóniam insurrexérunt in me  
testes iníqui, et mentíta est iníquitas sibi.

**NE** me livrez pas, Seigneur, à la merci de  
ceux qui me persécutent : des témoins iniques  
se sont élevés contre moi et l'iniquité a menti  
contre elle-même.



## POSTCOMMUNION



ómi-nus vo-bíscum. *R̄.* Et cum spí-ri-tu tu-o. Amen.

*Le Seigneur soit avec vous. R̄. Et avec votre esprit.*

**Orémus.** – **D**IVINI múnemis largitáte satiáti, quásumus, Dómine, Deus noster : ut huius semper participatióne vivámus. Per Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte ejúsdem Spíritus Sancti Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

**Prions.** – **L'**AME rassasiée par la grandeur du don divin, nous vous demandons instamment, Seigneur notre Dieu, de faire que nous vivions toujours de la participation à ce mystère. Par Notre Seigneur Jésus Christ votre Fils, qui avec vous vit & règne en l'unité de ce même Saint Esprit, Dieu pour tous les siècles des siècles.

*R̄.* Amen.

## BENEDICTION SUR LE PEUPLE INCLINE

**OREMUS.** Humiliáte cápita vestra Deo.

**T**VEATVR, quásumus, Dómine, dextera tua pópulum deprecántem : et purificátum dignánter erúdiat ; ut, consolatióne præsénti, ad futúra bona proficiat. Per Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum, qui tecum vivit & regnat in unitáte Spíritus Sancti Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

**PRIONS.** Humiliez vos têtes devant Dieu.

**NOUS** vous en supplions, Seigneur, que votre droite protège le peuple qui vous prie et qu'après l'avoir purifié, elle l'instruise avec bonté, en sorte qu'au moyen d'une consolation présente, il avance vers les biens futurs. Par Notre Seigneur Jésus Christ votre Fils, qui avec vous vit & règne en l'unité du Saint Esprit, Dieu pour tous les siècles des siècles.

*R̄.* Amen.

## BENEDICAMVS DOMINO - RIT DOMINICAIN VIII



ómi-nus vo-bíscum. *R.* Et cum spí-ri-tu tu-o. Amen.

*Le Seigneur soit avec vous. R. Et avec votre esprit.*



ene-di-cámus Dómi-no. *R.* De-o grá-ti-as.


*Béniissons le Seigneur. R. Rendons grâces à Dieu.*




DERNIER EVANGILE

SALVE REGINA DOMINICAIN

Ant.  
I.



al- ve, Re- gí- na, ma- ter mi- se- ri- córdi- æ :




Vi- ta, dul- cé- do, et spes nostra, sal- ve. Ad te



clamámus éxsul- es fi- li- i He- væ. Ad te suspi- rá- mus,




geméntes et flen- tes In hac lacrimá- rum val- le. E- ia, er-




go, advo- cá- ta nostra, illos tu- os mi- se- ri- cór- des ó-



cu- los ad nos convér- te; Et Je- sum, bene- díc- tum fructum



ventris tu- i, No- bis post hoc exsí- li- um os- ténde. O



cle- mens, O pi- a, O dulcis Virgo Ma- rí- a.